



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum in Angelis sit idem suppositum & natura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

quidditas simplicis est ipsum simplex. si ergo angelus componeretur ex essentia & esse, componeretur ex seipso & alio: hoc autem est inconueniens. non ergo substantialiter componitur ex essentia, & esse.

¶ Præter. Nullum accidens cadit in substantialem compositionem substantia: sed esse angeli est accidens proprie enim Deo attribuit Hilarius in lib. de trinitate, quod esse non sit accidens ei, sed subsistens veritas. ergo angelus non est essentialiter compositus ex essentia & esse.

SED CONTRA est, quod dicitur in commento libri de causis, quod intelligentia quam dicimus angelum, habet essentiam & esse.

RESPON. Dicendum, quod dupliciter aliquid de aliquo predicatur. vno modo essentialiter alio modo per participationem. Lux enim predicatur de corpore illuminato participatione, sed si esset alia qua lux separata, predicaretur de ea essentialiter. Secundum ergo hoc dicendum est, quod ens predicatur de solo Deo essentialiter, eo quod esse diuini est esse subsistens & absolutum: de qualibet autem creatura predicatur per participationem. Nulla enim creatura est ipsum esse, sed est habens esse. Sic & Deus dicitur bonus essentialiter, quia est ipsa bonitas: creatura autem dicitur bona per participationem, quia habent bonitatem: unum quodque enim in quantum est, bonum est, secundum illud Aug. in 1. de doctrina christiana, quod in quantum sumus, boni sumus.

Quandocumque autem aliquid predicatur de altero per participationem, oportet ibi aliquid esse præter id quod participatur, & id in qualibet creatura est aliud ipsa creatura, que habet esse, & ipsum esse eius, & hoc est quod Boetius dicit in lib. de Hebdomada, quod in omni eo quod est circa primum aliud est esse, & quod est. Sed sciendum est quod aliquid participat dupliciter. Vno modo quod existens de substantia participantis, sicut genus participatur a creatura: id enim est de substantia rei, quod dicitur in eius definitione. Ens autem non ponitur in definitione creatura, quia necesse est, nec differentia, unde participatur sicut aliquid non existens de essentia rei. Et id alia quod est, an est, & quod est, unde cum omne quod est præter essentiam rei dicitur accidens esse quod pertinet ad questionem an est, est accidens, & id est commentator dicit in 5. Metaphy. Quod ista propositio, Sortes est, est de accidentali predicatio, in quod importat entitatem rei, vel veritatem propositionis: sed verum est quod hoc nomen, ens, in quod importat rem, cui competit homo esse, sic significat essentiam rei, & dicitur per decem genera, non tamen in unum, quia non eadem ratione competit omnibus esse, sed substantia quidem per se, aliis autem aliter. Si ergo in angelo est compositio ex essentia & esse, non tamen est compositio sicut ex partibus substantia, sed sicut ex substantia, & eo quod adhæret substantia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquando ex his que simul iunguntur, relinquatur aliqua res tertia, sicut ex anima & corpore constituitur humanitas, que est homo, unde homo componitur ex anima & corpore. Aliquando autem ex his que simul iunguntur, non resultat res tertia, sed resultat quaedam ratio composita, sicut ratio hominis albi resoluitur in rationem hominis, & in rationem albi, & in talibus aliquid componitur ex seipso & alio, sicut album componitur ex eo quod est album, & ex albedine.

¶ Præter. Nullum accidens cadit in substantialem compositionem substantia: sed esse angeli est accidens proprie enim Deo attribuit Hilarius in lib. de trinitate, quod esse non sit accidens ei, sed subsistens veritas. ergo angelus non est essentialiter compositus ex essentia & esse.

SED CONTRA est, quod dicitur in commento libri de causis, quod intelligentia quam dicimus angelum, habet essentiam & esse.

RESPON. Dicendum, quod dupliciter aliquid de aliquo predicatur. vno modo essentialiter alio modo per participationem. Lux enim predicatur de corpore illuminato participatione, sed si esset alia qua lux separata, predicaretur de ea essentialiter. Secundum ergo hoc dicendum est, quod ens predicatur de solo Deo essentialiter, eo quod esse diuini est esse subsistens & absolutum: de qualibet autem creatura predicatur per participationem. Nulla enim creatura est ipsum esse, sed est habens esse. Sic & Deus dicitur bonus essentialiter, quia est ipsa bonitas: creatura autem dicitur bona per participationem, quia habent bonitatem: unum quodque enim in quantum est, bonum est, secundum illud Aug. in 1. de doctrina christiana, quod in quantum sumus, boni sumus. Quandocumque autem aliquid predicatur de altero per participationem, oportet ibi aliquid esse præter id quod participatur, & id in qualibet creatura est aliud ipsa creatura, que habet esse, & ipsum esse eius, & hoc est quod Boetius dicit in lib. de Hebdomada, quod in omni eo quod est circa primum aliud est esse, & quod est. Sed sciendum est quod aliquid participat dupliciter. Vno modo quod existens de substantia participantis, sicut genus participatur a creatura: id enim est de substantia rei, quod dicitur in eius definitione. Ens autem non ponitur in definitione creatura, quia necesse est, nec differentia, unde participatur sicut aliquid non existens de essentia rei. Et id alia quod est, an est, & quod est, unde cum omne quod est præter essentiam rei dicitur accidens esse quod pertinet ad questionem an est, est accidens, & id est commentator dicit in 5. Metaphy. Quod ista propositio, Sortes est, est de accidentali predicatio, in quod importat entitatem rei, vel veritatem propositionis: sed verum est quod hoc nomen, ens, in quod importat rem, cui competit homo esse, sic significat essentiam rei, & dicitur per decem genera, non tamen in unum, quia non eadem ratione competit omnibus esse, sed substantia quidem per se, aliis autem aliter. Si ergo in angelo est compositio ex essentia & esse, non tamen est compositio sicut ex partibus substantia, sed sicut ex substantia, & eo quod adhæret substantia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquando ex his que simul iunguntur, relinquatur aliqua res tertia, sicut ex anima & corpore constituitur humanitas, que est homo, unde homo componitur ex anima & corpore. Aliquando autem ex his que simul iunguntur, non resultat res tertia, sed resultat quaedam ratio composita, sicut ratio hominis albi resoluitur in rationem hominis, & in rationem albi, & in talibus aliquid componitur ex seipso & alio, sicut album componitur ex eo quod est album, & ex albedine.

A AD SECUNDUM dicendum, quod esse est accidens, non quasi per accidens se habens, sed quasi actualitas cuiuslibet substantie, unde ipse Deus qui est sua actualitas, est suum esse.

ARTICVLVS III.

Utrum in angelo sit idem suppositum & natura:

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod in angelo idem sit suppositum, & natura. In his enim que sunt composita ex materia & forma, differt suppositum, & natura, quia suppositum addit supra naturam speciei materiam individualement, quod non potest esse in angelo, si angelus non sit compositus ex materia & forma. ergo in angelo non differt suppositum & natura. Sed dicebat quod suppositum in angelo differt a natura in quantum suppositum intelligitur ut habens esse, non autem natura.

SED CONTRA. Sicut esse non ponitur in definitione natura, ita non poneretur in definitione suppositi, vel singularis, si suppositum vel singulare diffinitur. ergo suppositum esse a natura non differt. nullo ergo modo differunt suppositum & natura.

SED CONTRA. In omnibus creaturis, natura constituit suppositum: sed nihil constituit seipsum. ergo in nulla creatura est idem suppositum & natura.

RESPON. Dicendum, quod ad huius questionis intelligentiam, oportet considerare quid sit suppositum, & quid natura. Natura autem quamuis multiplicitate dicatur, tamen vno modo dicitur natura ipsa substantia rei, ut dicitur in 5. Metaph. secundum quod substantia significat essentiam, vel quidditatem rei, vel quod est illud ergo significatur nomine natura, prout hic loquimur de natura, quod significat diffinitio. Unde Boetius dicit in libro de duabus naturis, quod natura est unum quodque informatans specifica differentia, differentia enim specifica est completa diffinitio. Suppositum autem est singulare in genere substantie, quod dicitur hypostasis, vel substantia prima: & quia substantie sensibiles compositæ ex materia & forma sunt magis nobis note, ideo in eis primo videmus quomodo se habet essentia, vel natura ad suppositum.

Dicunt autem quidam, quod forma partis est idem cum forma totius, que dicitur essentia, vel natura secundum rem, sed differt sola ratione: nam forma partis dicitur in quantum facit materiam esse in actu, forma autem totius, in quantum constituit speciem, sicut anima dicitur forma partis, in quantum facit corpus esse in actu: & similiter dicitur anima forma totius, in quantum constituit speciem humanam, & sic dicitur humanitas, & secundum hoc in rebus compositis ex materia & forma natura est pars suppositi. Nam suppositum est individuum compositum ex materia & forma, ut dictum est. Sed prædicta positio non videtur esse vera, quia videtur esse, natura, vel essentia dicitur id quod significat diffinitio. Diffinitio autem in rebus naturalibus non solum significat formam, sed etiam materiam, ut dicitur in 6. Metaphy. Nec potest dici quod materia ponatur in diffinitione rei naturalis, sicut non existens de essentia eius. Hoc enim est proprium accidentis, ut diffiniatur per aliquid quod non est de essentia eius, sed per subiectum, & ideo habent essentiam incomplete, ut dicitur in 6. Metaph. Relinquitur ergo quod in rebus compositis ex materia & forma, essentia, vel natura non sit sola forma, sed compositum ex materia & forma.

Restat

Restat ergo considerandum, cum suppositum, vel
 individuū naturale sit compositum ex materia
 & forma, vtrū sit idem essentia, vel natura. Et hāc
 q̄stionem mouet phil. in 7. met. vbi inquit, vtrum
 sit idem vnumquodque, & quod quid est eius, &
 determinat quod in his que dicuntur per se, idem
 est res, & quod quid est rei: in his autem quae dicū-
 tur per accidens, non est idem. Homo enim nihil
 est aliud quam quod quid est hoīs. Nihil enim ali-
 ud significat homo, quam animal gressibile bipes:
 sed res alba non est idem omnino ei quod quid
 est album, quod. s. significatur nomine albi. Nam
 album nihil significat, nisi qualitatem, vt dī in p̄di
 camentis: res autem alba est substantia habēs qua-
 litatem. Secundū hoc ergo cuiusque potest ali-
 quid accidere, quod non sit de ratione suae naturae
 in eo differt res, & quod quid est, siue suppositum
 & natura. Nam in significatione naturae includitur
 solum id, quod est de ratione sp̄i: suppositum autē
 non solum habet hęc quae ad rationem speciei pri-
 nent, sed etiam alia quae ei accidunt: & ideo suppo-
 situm signatur per totum, natura autem, siue quid
 dicitur vt pars formalis. In solo autem Deo non in-
 uenitur aliqd accidens prater eius essentiam, quia
 suum esse est sua essentia, vt dictum est, & ideo in
 Deo est omnino idem^d suppositum & natura. In
 angelo autem^d non est omnino idem, quia aliqd
 accidit ei prater id quod est de ratione suae speciei,
 quia & ipsum esse angeli est prater eius essentia,
 seu naturam, & alia quaedam ei accidunt quae om-
 nino pertinent ad suppositum, non autem ad
 naturam.

Yez. com. 21.

D. 461.
 D. 466.
 D. 214.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non solum
 in compositis ex materia & forma inuenitur aliqd
 accidens prater essentiam ipsius speciei, sed etiam
 in substantijs spiritualibus, quae non componuntur
 ex materia & forma: & ideo in vtrisque suppositū
 non est oīno idem quod ipsa natura. Hoc tamen
 est aliter & aliter in vtrisque. Dupliciter autem aliqd
 accipitur vt accidens prater rationem rei. Vno
 modo, quia non cadit in diffinitione significante es-
 sentiam rei, sed tamen est designatiuum, vel deter-
 minatiuum alicuius essentialium principiorum,
 sicut rationale accidit animali vtpote prater diffi-
 nitionem eius existēs, & tamen est determinatiuū
 essentiae animalis, vnde est essentialē homini & de
 ratione eius existens. Alio modo, accidit aliqd
 alicui, quia nec est in eius definitione, nec est deter-
 minatiuū alicuius essentialium principiorum, sicut
 albedo accidit hoī. His ergo quae sunt composita
 ex materia & forma accidit aliqd prater rōnem
 sp̄i existens vtroque modo. Cum enim de rōne
 speciei humanae sit q̄ cōponatur ex anima & cor-
 pore, determinatio corporis, & anima est prater
 rōnem sp̄i, & accidit hoī in quantum est ho, q̄ sit
 ex hac anima, & ex hoc corpore: sed cōuenit per se
 huic hoī, de cuius ratione esset, si diffiniretur, q̄ es-
 set ex hac anima, & ex hoc corpore, sicut de ratio-
 ne hominis cōis est, q̄ sit ex anima & corpore. Ac-
 cidunt et̄ compositis ex materia, & forma prater
 rōnem sp̄i multa alia quae non sunt determinatiua
 essentialium principiorum. Substantijs vero im-
 materialibus creatis accidunt quidem aliqua p̄ter
 rationem sp̄i, quae non sunt determinatiua essen-
 tialium principiorum, vt dictum est, non tamē ac-
 cidunt eis aliqua quae sunt determinatiua essentiae
 sp̄i, quia ipsa natura sp̄i nō indiuiduatur per ma-
 teriam, sed p̄ seipsam ex hoc, q̄ talis forma non est
 nata recipi in aliqua materia, unde per seipsam nō

est multiplicabilis, neque predicabilis de pluribus:
 sed quia non est suum esse, accidit ei aliquid prater
 rationem speciei. s. ipsam esse, & alia quaedam quae
 attribuuntur supposito, & non naturae, propter q̄
 suppositum in eis non est oīno idem cum natura.
 AD SECVDVM Dicendum, quod non om-
 ne quod accidit alicui prater rationem speciei, est
 determinatiuum essentiae ipsius, ut oportet illud
 poni in ratione eius, sicut dictum est: & id licet ip-
 sum esse nō sit de ratione suppositi, quia tamen pri-
 net ad suppositum, & nō est de ratione naturae, ma-
 nifestum est quod suppositum & natura non sunt
 omnino idem in quibuscumq; res nō est huius esse.
 Ad illud vero quod in contrarium obicitur, di-
 cendum quod natura dicitur cōstituire suppositū
 et̄ in compositis ex materia & forma, non quia na-
 tura sit una res, & suppositum alia res. Hoc enim est
 secundum opinionem dicentium, q̄ natura spe-
 ciei sit forma tantum, quae constituit suppositum
 sicut totum: sed quia secundum modum significā-
 di, natura significatur ut pars ratione supradicta,
 suppositum vero ut totum, natura significatur ut
 constituens, & suppositum ut constitutum.

QV AESTIO III.
 ARTICVLVS V.

H Vtrum tempus mouens creaturam spiritualem, & motus
 temporalem, sit idem.

DEINDE quae situm est de tempore, per quod
 Deus mouet creaturam spiritualem secundū
 Aug. vtrum sit idem cum tempore quod mensu-
 rat motus corporalium rerum. Et videtur q̄ sic, quia
 neque Augustinus diuersitatem hanc temporum as-
 signat, neque aliquis philosophus. vnum ergo
 videtur hanc diuersitatem temporum aligare.
 ¶ Prater. Omne quod est, in quantum est, vnum est:
 si ergo non sit vnum tempus, sed diuersa, non erit
 ens, quod est in conueniens. oportet ergo ponere
 vnum tempus tantum.

SED CONTRA. Tempus quo mensuratur
 corporales motus, est numerus motus primi caeli
 secundū Phil. in 4. phys. sed tempus per quod mo-
 uentur angeli, nō habet aliquem ordinem ad mo-
 tum, ergo illud tempus est aliud a tempore cor-
 poralium rerum.
 ¶ Prater. Perpetuo & corruptibili nihil est commu-
 ne, nisi secundum nomen, ut dicitur in decimo me-
 taphysic. sed angeli sunt perpetui, corpora autem
 sunt corruptibilia. non ergo idem tempus est vno-
 rumque.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Aug. dicit in
 de ciu. Dei, Tempora non fuissent, nisi creaturae
 ret, quae aliquid aliqua motione mutaret, cuius mu-
 tationis cum aliud atque aliud, quae simul esse non
 possunt, eedit atque succedit, sequitur tempus, ex
 quo accipitur quod etiam Philoph. dicit in quarto
 phys. quod oportet loqui de tempore secundum
 rationem motus: nam tempus est numerus motus
 secundum prius & posterius. Omnes ergo motus
 qui possunt mensurari una mēsurā, habent vnum
 tempus: si qui vero motus sunt, qui non possunt
 una mēsurā mensurari, necesse est quod coram
 sit diuersum tempus. Cum autem mēsurā sit ho-
 mogene mēsurato, ut dicitur in 10. meta. man-
 festum est, q̄ omnia quae sunt unius generis, p̄
 habere unam mēsurā communem, nō autem
 quae